



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

dorffium se reluere velle. Quintò, Saxones Rudelstadium majus restituerent. Illi denuò † cunctantur, priora gravamina jura Moguntini Electoris concernere, in cujus præjudicium submittere arbitris nihil possint; bona, quæ prætenderent, & pagos, tanquam appertinentes ab Electore assignatos, cum igitur convento tempore secundum traditionis leges Sedi Moguntinæ restitutio sit facienda, pati se non valere, ut quidquam subtrahatur. In Kapplendorffensis Præfecturæ relevationem se consensuros, si Civitas minorem Comitatum ad Geram, quem sæculi decimi quarti anno decimo quinto (a) sub eadem lege à Friderico accepit, reluendum daret. Rudelstadium scire Erfurtenses, cujus sit, nec quicquam juris ab iis in eo prætendi posse. Urbici dictum Comitatum jam dudum redemptum esse demonstrant. Demum formula † compromissi concipitur, sed amplius nihil actum, & Erfurtenses carere pretio Comitatum, quam acceptatione ejus renunciare juri maluerunt.

Saxonii exceptiones.

Præter compromissifor- mulam nihil fit.

Aliæ cum Moguntinis continuatæ sunt XXXV. *Erfurtenses Collectas Imperiales solve- vere arario Moguntino etc.* *resistant.*

trix, † quibus his nova de collectis accessit. Has Civitas Electoris ærario conferre negabat, quasi non Moguntinæ, sed Imperio solvere consueffet, fidem asserti à bello Hussitico, & Diethero mutuabatur.

(a) Vide sup. Ann. 1315.

*Matricula
circuli Sa-
xonici inseri
desiderant
& cur?*

*Wolgäus
collectandi
in probat.*

*Cæsar im-
perat Colle-
ctas.*

*Stabilire ci-
vitas liberta-
tem religio-
nis intendit.*

*Ministeriū
confirmari
ab Electore
petit.*

etenim tunc non Electori, sed Cæsari pe-
pendisse. Illud omni voto expetebat, ut
ut Circuli Saxonici matriculæ quoad Col-
lectas inscriberetur: sic enim simul &
Moguntinis exempta, & contra ipsos Sa-
xones tanquam ejusdem circuli membrum
munita fuisset. Wolfgangus ꝑ multis
Cæsarum mandatis, & sententiis, con-
troversiam pro se decisam ait: esse illam
civilis societatis naturam, ut imperantes
necessitates publicas suis curis, subditi pe-
cuniis sublevent. Dietheri tempora fru-
stra allegari diffidiis civilibus corrupta,
præterea illum antecessorem Electoralibus
in signis à Cæsare non fuisse investitum,
idque ut plurimum malorum, sic & hujus
rei causam fuisse. Exemplis si litigandum,
frequentissima adesse, ubi quotam tertiam
ArchiEpiscopatus contulerit Erfordia,
nonnunquam ad preces ejus mitigatam.
Ad Cæsarem lis devolvitur, ille ꝑ præ-
stationem Collectarum disertè mandat,
cui se Civitas submittit, ac sequentibus an-
nis usque ad ferale bellum libenter con-
fert. Remiserunt post hæc æmulationes,
& aliquamdiu sine apertis contradictioni-
bus actum est. Attamen de libero Reli-
gionis exercitio sollicita Civitas ꝑ stabilire
illud omnibus modis intendit. Præser-
tim ministerium suum, ut appellat, ab
Electore confirmari petit. Collegium est
ex prædicantibus Augustanam confessio-
nem & Deputatis quibusdam conflatum,
quod

quod ex speciali mandato Senatûs matrimonialia negotia, & quæ conscientias attinere videntur, discutit, invisum id Electori fuit, cujus utrique potestati derogaret, hinc vehementius approbatio urgebatur. Interim subsequentes anni profanas etiam lites creant, quibus dirimendis * Elector Consiliarios submittit. †

Prima omnium cura de ministerio fuit, confirmaret illud Elector, Civitatem obsequiis aliorum postulatorum compensaturam. Inductus hisce Schwicardus † auctoritate sua ministerium persistere jubet, sicque superioritati suæ consulit, dum Erfurtensibus Religionis exercitium indulget, quod nisi subditis fieri nequit. Saxoniae Princeps Joannes Ernestus, cum avitarum terrarum regimen ei obtingeret, proceres sui Principatûs ad subjectionis juramentum ex more vocat. Citata † etiam Erfordia: hæc desiderii novitatem explicat, illud † juramentum se Landgraviis debere, quod fideles ratione clientelarium bonorum extraneis, paribus, sæpè inferioribus præstant, illo se fidelitatem firmaturam. At subjectionis votum Landgravios nec unquam exegisse, nec dedisse Erfordiam. A Diæta, ubi novo Principi subjectionis juramentum præstitum est, Erfordia abstinuit, * at-

† alio die ratione clientelarium bonorum fidelitatem juravit. Ad alias postmodum lites Moguntini cum Erfur-

* MDCXV.

Consiliarii

Moguntini

veniunt.

Schwicardus

minister

ium confirmat.

Saxones sub

jectionis ju-

rumentum

exigunt.

Hæc rennis

*DMCXVI

Fidelitatem

jurat.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

ten.

MD CXVIII
*Weichbil-
dii fines li-
mitati.*

tensibus transgressi, * præcipuè † fines Weichbildii limitati sunt; illo nomine districtum qui prædia Urbis, aut agros illius complectitur, appellant, eidem cum istâ legi judicivè subjectum, & quoniam amplior erat in Urbe, (a) quam ejus pagis Moguntina potestas, hinc arctare suos fines Urbici, ampliare Moguntini intenderant, neque hæc Diætâ dissidentes terminos satis conjunxit, sed pluribus tentatis, quam transactis iterum ab invicem discessum est. Secutæ in Imperio turbæ Civitatis animum, prout se flectit fortuna, lancinarunt, illo potissimum retenta, quod Elector Saxo, ejusdem cum Moguntino factionis esset. * Fridericus

*MDCXXII
*Fridericus
Dux militē
scribit.*

*In Erfurten-
sum pagis
distribuit.*

*Udestatten-
ses resistunt.*

*Omnis miles
trucidatur.*

* MDCXX
VIII.

a) *Vid. infra N. 39.*

Saxonix † Dux Coburgicus acceptâ pecuniâ militem scripserat in Belgium deducturus. His armis Hassi, & interjacentium terrarum Domini haud faventes transitum negant. Defecit Ducem Annona, nec hospitia aderant, quæ tot milibus assignaret: Igitur † per Erfurtensum pagos distribuit, quod his viribus superior videretur: Terrore primò recepti, soli Udestattenses † ausi resistere, sed dejectis per tormenta eorum parietibus, quos ex stramine & luto pro munimine conficiunt, pagus miserè devastatus est. Duravit hospitatio † per aliquot dies, postea dato Rusticis licentiæ signo una nocte miserabiliter trucidati sunt. *

Brück

Brücknerus & Forsterus Consules † Lo-^{Duumvira-}
 minatum Curiae sibi firmaverant, ita ut al-^{1116.}
 ter alteri in fine anni fasces deferret, cum
 tamen haecenus quinque Senatorum Col-
 legia fuissent, quæ totidem annis sibi suc-
 cesserant. Continuatus hic Duumvira-
 tus quatuor annis, usque dum plusquam
 Civilia agi, invadi Remp. cives adverte-
 rent, hinc aliud foedus † pro libertate, ^{Foedus cose-}
 pro veteris Reip. statu pangitur, & eò ^{trà illum.}
 Duumviri adacti, ut pristinae successionis
 leges Senatui redderentur. Pyramis cum
 statuâ magnificentius ante Curiam erecta:
 scilicet quædam Imperii Civitates, incer-
 tæ fidei Rolandum publicis in columnis ex-
 ponant, libertatis argumentum: eun-
 dem in statuâ proponere callido Consilio
 placuit, ut antiquissimam libertatem po-
 steritati mentiretur. Pyramidem everti,
 dejici statuam Moguntini petiére, res per
 Schwindium acta, fuit hic vir in rebus
 Imperii versatissimus, Cæsaris, & multo-
 rum Principum Consiliarius, continuo
 quasi arbitrum inter Electorem, & Urbem
 in frigusculis egit, & sic ab utraque parte
 multum quidem ambiebatur, sed ut so-
 let, à neutrâ gratiam, potius invidiam
 retulit, hinc infelix exitus, quem postea
 referam.

* Secutum † fatale Cæsaris Edictum, ^{MDCXXIX}
 quo protestantes Ecclesiastica bona resti- ^{XXXVI}
 tuere jubebantur, terruit & illud Erfordi- ^{Edictū Fer-}
 am, quæ varia Monasteria, templa etiam ^{dinandum}
 Ca- ^{urbem 1117}
 Tet.